



Handwritten text, possibly a signature or date, in cursive script.



CHRISTIANI  
NOMEN ET OMEN  
IN EXEQUIIS CHRISTIANIS  
VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQUE  
PRUDENTISSIMI,

DN. CHRISTIANI  
GANZLANDII,

INCLYTÆ REIPUBL. TORGAVIENSIS  
SENATORIS ATQUE ÆDILIS  
SPECTATISSIMI,

NEC NON  
SACRI ÆRARIJ MODERATORIS, IN VIVIS  
DUM ERAT, DEXTERRIMI,

DOMINI AFFINIS ATQUE COM-  
PATRIS SUI HONORATISSIMI,

DIE XXV. MAII, A. O. R. MDCCX.

MOESTISSIMO PENICILLO

ADUMBRARE VOLUIT

M. GODFRID STEINBRECHER,  
SCHOLÆ ILLUSTR. TORGAV. RECT.

\*\*\*\*\*

VITEMBERGÆ,  
LITERIS CHRISTIANI GERDESII.



*E*sto, quod audis?

De tripode vere est dictum

Dictum illud Imperatoris M. Aurelii.

Sic est!

Coquum non facit fuscina,

Cucullus non Monachum.

Philosophum si faceret barba,

Caprum quis neget ipsum esse Philosophum?

Frons sæpe fallit, fallit sæpe titulus.

Nomen adfit & Omen.

At vero:

Nomen adest, adest & multis Omen:

Dedecori tamen sæpe magis iis cedit, quam Decori.

En adest ille Nabal

Nomine stultus, stultus & Omine.

Quid tandem?

Si Nomina sint a Deo imposta,

Si a Prudentioribus:

Maximum tunc iis inest ponderis,

Nomine si res respondeat, si simul Omine.

Adesto Adame,

Nomine nil nisi terra, terra nil nisi Omine.

At quid tandem de Nominibus,

Bestiis magis, quam homini convenientibus:

Wolf? Wolfgang?

Absit! ablit!

Sanctioribus Christiani gregis Parentibus

Mens olim longe alia fuit, fuit alia sententia:

VWolf

Wolf iis idem erat, ac Wolleb,  
 Hinc Wolb, ac tandem Wolf.  
 Sic Wolfgang olim erat; Wol op (ihm) gahn,  
 Hinc tandem Wolfgang.  
 Quare non temere infanti imponenda Nomina,  
 In buccam quæ veniunt, veniunt temere in mentem.  
 Nomen respiciendum, respiciendum & Omen.  
 Nomen vel pulcherrimum est pudendum,  
 Nomini si minus respondeat Omen.  
 Quantivis pretii, Nomen si audias,  
 incessere videtur  
 Hinc Fridrich, illinc Fridlieb.  
 At mentem si respicias, si respicias mores:  
 Vere est Fridlos, vere Zanklieb.  
 En! pulcherrima triplici hominum Ordini Nomina.  
 En! hic & ille Pater patriæ Nomine,  
 Omine vere patriæ perditor.  
 En! Pater animarum Nomine,  
 Omine vere animarum proditor.  
 En! Paterfamilias Nomine,  
 Omine vere familiæ destructor.  
 En! hic & ille subditus nomine,  
 Omine vere imperiosus.  
 En! hic & ille ecclesiæ agnus nomine,  
 Omine intractabilis mulus & equus.  
 En! filius nomine,  
 Omine vere contumax hircus.  
 En! hic & ille literarum studiosus nomine,  
 Omine vere rixarum studiosus,  
 Vel otiosus & studio-fus.  
 Rectissime itaque Alexander M.  
 Militi degeneri, eodem nomine gaudenti ait:  
*Aut nomen muta, aut mores!*  
 Rectissime Imperator ille Aurelianus:  
*Esto, quod audis!*  
 En! Christianorum ingens numerus nomine,  
 Omine vere sentina ingens Anti-Christianorum,  
 Chri-

Christum ore prædicantium,  
At opere negantium,  
Pietatem virtutesque verbis jactantium,  
At sub hypocrifeos velo vitia celantium.  
*Non dici, sed esse facit CHRISTIANUM,*  
ait verissime B. Ignatius.  
Ubi itaque sunt vere Christiani?  
Adest e rara ubique segete unus & alter:  
At ille ante diem e cœtu hominum tollitur,  
Tollitur: ne toleret diutius impii mundi quisquilias.  
En! e medio tollitur

Vir pietatis laude conspicuus  
Vir Nobilissimus atque Amplissimus  
DN. CHRISTIANUS GANZLANDIUS,  
Vere Christianus,  
Christicolarum ordini sacro in fonte insertus,  
Christi Servatoris sui sanguine redemptus,  
Christi sui merito cruento semper confusus,  
Christianus christianæ militiæ Propugnator,  
Christianus sacri Ordinis Venerator,  
Christianus spartæ, quam ornavit, Gubernator,  
Christianus familiæ, cui præfuit, Moderator,  
Christum suum ore laudans,  
Christum suum corde gestans,  
Christum suum opere prædicans,  
Christum suum brachiis fidei amplexans,  
Christum suum in tumulum secum portans.  
Quid igitur lugetis, quid doletis,  
o Mœstissimi?  
En! Mariti vestri Christiani,  
En! Patris vestri Christiani,  
En! Soceri vestri Christiani,  
En! Avi vestri Christiani  
Pia memoria vivit  
nunquam intermoritura.

† † † † † †

AB 180007

ULB Halle 3  
002 378 078



5b.

VD 77







beysammen stehen  
des Haus vorüber  
gehen.



169

CHRISTIANI  
NOMEN ET OMEN  
IN EXEQUIIS CHRISTIANIS  
VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ATQUE  
PRUDENTISSIMI,

DN. CHRISTIANI  
GANZLANDII,

INCLYTÆ REIPUBL. TORGAVIENSIS  
SENATORIS ATQUE ÆDILIS  
SPECTATISSIMI,

NEC NON  
SACRI ÆRARIJ MODERATORIS, IN VIVIS  
DUM ERAT, DEXTERRIMI,

DOMINI AFFINIS ATQUE COM-  
PATRIS SUI HONORATISSIMI,

DIE XXV. MAII, A. O. R. MDCCX.

MOESTISSIMO PENICILLO

ADUMBRARE VOLUIT

M. GODFRID STEINBRECHER,  
SCHOLÆ ILLUSTR. TORGAV. RECT.

\*\*\*\*\*

VITEMBERGÆ,  
LITERIS CHRISTIANI GERDESII.

Sanctionibus Christianis  
Mors omnia longe alla fuit, etc.

